

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Instructio practica ...**

Succinctam Doctrinarum Asceticarum Svmمام Comprehendens - Quam  
ad majorem omnium in Ascesi proficere cupientium utilitatem ac  
subsidiū

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1685**

§. 4. De Evcharistia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48214](#)

## §. IV.

*De Eucharistia.*

I. Est Corpus Christi sub speciebus panis et  
anima & divinitate realiter & substantialiter existens.  
Vocatur Eucharistia, id est, bona gratia, seu gratiarum  
actio, quia præcipuum DEI donum, ipsiusque  
missis gratiae fontem & Authorem continet. Pue-  
sequentia de ea specialiter scire debet Asceta.

II. Primò bene perpendat finem, ob quem  
stitutum est, qui quidem triplex est potissimum ab E-  
clesia his verbis indicatus: O sacrum convivium,  
quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis  
eius, mens impletur gratia, & futura gloria pignori-  
tur. Primus ergo finis est, ut esset memoriale passio-  
nis, & infiniti amoris per passionem ostensi; que  
ob causam per modum Sacrificij instituit, & ipsi E-  
clesiae inspiravit, ut in eo offerendo tales potissimum  
cæremonias eligeret, quæ ad cruentum sacrificium  
Cruce oblatum vel maximè essent accommodata. Ha-  
sicut olim Thales Mandrayto Parienensi, quem no-  
quædam de cælo sideribus docuerat, pecuniam que-  
tam vellit, offerenti respondit, se non aliud petere pro-  
miserim, quam ut Thalem non celet authorem, cui  
horum inciderit mentio; ita Christus pro hoc benefi-  
cio non aliam magis exigit gratiarum actionem, quia  
ut, quotiescumque hoc fecerimus, faciamus in eis  
commemorationem. Secundus est, ut esset fons gra-  
tiae & consolationis, ad quem in omnibus nostris ne-  
cessitatibus recurseremus; hinc per modum convivij insti-  
tutus principale officium est, nutritre, augere, &  
lectare. Tertius est, ut sit pignus futura gloria: hic

Deitatem suam etiam & subsistentiam corpori suo unitam dare voluit, ut, quò præstantius foret pignus, tanto firmiorem spem conciperemus promissæ, gloriae offerendæ.

III. Secundò bene perpendat, in quo consistat verus & solidus cultus Eucharistiae, quem Christus à nobis in grati animi signum requirit, nimirum in sequentibus tribus officijs. 1. *In crebra visitatione*: ut scilicet, sicut ipse per viscera misericordiae suæ visitavit nos oriens ex alto, fassusque est delicias suas esse cum filijs hominum; ita nos quoque vicissim ipsum frequenter in hoc sanctissimo Sacramento latente visitaremus, nostrasque cum ipso delicias esse ostenderemus. 2. *In digna sumptione*: hanc quippe potissimum intendit, dum sanctissimum corpus & sanguinem obtulit nobis, ut non moreremur, sed viveremus in æternum, cælesti hoc epulo recreati. 3. *In Zelosa invitatione & distributione hujus Sacramenti*: ut scilicet buccellam nostram non comederemus soli, sed potius clamaremus ad proximos nostros: Venite, & emite absque argento, & absque ulla commutatione vinum & lac. Comedite Bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra.

IV. Tertiò bene perpendat, quæ ad dignam sumptionem hujus SS. Sacramenti pertineant, scilicet probatio sui (juxta illud S. Pauli: probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat.) Hæc autem probatio in quatuor potissimum capitibus consistit, teste Canisio. 1. *In fide viva*, qua firmiter & simpliciter credatur, quidquid DEUS de hoc mysterio augustissimo per Ecclesiam revelavit. 2. *In seria pœnitentia* per peccatorum confessionem coram Sacerdote factam;

Etiam; nam, ut re<sup>cte</sup>. S. Augustinus advertit, in Christi corpore vita nostra consistit; mutet ergo vita vult accipere vitam. 3. In mentis attentione; illuc accet animus præsens accedat, & per meditationem precationes pias ad hoc tantum Sacramentum lenocinatur; nam, ut S. Chrysostomus monet, mensa regia, adstant Angeli mensæ hujus ministerij oscitabundus adstas? 4. In decenti habitu & cōpōliam ut scilicet, nemo nisi castus, jejunus, modestus, superminimèque fōrdidus accedat. Si enim Pericles intergatus, cur longè cultior, quām alias soleret, ad accederet? respondit: in gratiam sponsi, ut pulchrum veniam; quantò magis in gratiam tantum spiritis similis præparatio adhibenda est ab eo, qui ad convivium accedit.

V. Quartò bene perpendat, quæ ad communem spiritualem dignè & fructuose peragendam revertuntur, nimirum. 1. Ut sciatur, quid sit; nempe censum quoddam desiderium sacramentaliter communicandi; hoc modo enim impletur, quod DEI Davidem dixit: Dilata os tuum, & implebo te. 2. Ut sciatur, quod, qui panem hunc fidei dilectionem operante comedunt, fructum ejus & beatitudinem consequantur, ut Concilium Tridentinum. Certè non defuerunt, qui expertos se fassí sunt, nonorem fructum ex hac, quām reali communione percepisse. 3. Ut privilegia hujus communionis intelligantur, quod scilicet oculos aliorum fugient, que adeò vanæ gloriæ non sit exposita: quod singulis diebus, imò səpiùs eodem die iuste queat.

VI. Qua-

VI. Quin dō bene perpendat causas, ob quas ex  
frequentiori communione minus proficitur, ut pruden-  
ter occurret possit. Sunt autem quatuor potissimum  
eiusmodi causæ. 1. *defectus intentionis*, quia scilicet  
tancum ex consuetudine peragit hæc communio, aut  
terre extimore, 2. *defectus legitimæ dispositionis*: quia  
scilicet vel conscientia non est sufficienter purgata à  
peccatis, vel certè terrenis cupiditatib⁹ est infecta. 3. *de-  
fectus devotionis in ipsa sumptione*: eò quod ad hanc mē-  
sam non aliter ferè, quam ad corporalem cœnam acce-  
datur. Qui cibum non præmansum deglutit, parūm  
aut nihil gustū percipit: pari modo neque Eucharistiae  
fructum dulcedinemque percipiet, qui non attenta,  
consideratione summi doni ac beneficij se ad devotio-  
nem excitare studet. 4. *est defectus collectionis post  
communionem*; quid enim prodest, potionem medi-  
cam sumpsisse, si causa morborum non tollatur? quid  
prodest hypocaustum vel balneum calefieri, si mox a-  
pertis undique januis calo inde exulet? quid juvat un-  
guentum pretiosum infundere in vas fractum, unde  
statim iterum profluat? Talibus ergo sequentes veritates  
ponderandas Cornelius à Lapide offert. 1. *Infirmus*,  
Domine, qui tecum non exhilaratur, valde propè est,  
ut cadat. 2. *Anima*, quæ tecum non exaltat, unde  
poterit exultare? 3. *Qui tecum, Domine, non est*  
contentus, quomodo non crepat. 4. *Qui, dum te*  
Hospitem habet, ptooperat, ut domo exeat, facile o-  
stendit, se cor habere alibi obstrictum. 5. *Cui tecum*  
manere tedium est, nescit, quod in sis DEUS, & to-  
tum bonum ejus. 6. *Qui tecum non manet liberi-*  
*ter, ostendit, se p̄trenesi laborare, cùm hujus rei cauſa*  
*natus sit.*

R

VII. Sexto

VII. Sextò bene perpendat tentationes & circa communionem occurtere solita, quæ ad tressies revocari possunt. 1. *Est circa fidem difficultas ob quam pluribus contigit, quod Aristoteli, q[uod] Euripi fluxum comprehendere voluit, nec valuit, psum in illum præcipitavit.* Contra hanc tentationem optimum remedium, piam & diligentem ipsius m[od]i frequentationem, S. Franciscus Xaverius censet. Id quod etiam Thomas Kemp. judicavit, dum dicit: *Fides à te exigitur, & sincera vita, non altitudo intellectus, neque profunditas mysteriorum DEI.* Ergo cum simplici & indubitata fide, ac reverenter Sacramentum accedere, & quidquid intelligitur vales, DEO omnipotenti securè committe. 2. *circa frequentiam communionis;* qnam aliqui frequenter peragere horrent ob indignitatem; alij nimis concedi queruntur ob desiderium. Qua quidem optimum erit consilium, quod S. Ignatius S. Francisci Borgiæ de hac re eum consilienti dedit, nimirum esse unâ amissi omnia ingenia metienda: alijs nam alijs frequentius ad divinam mensam accedere, videri. Suadere itaque & hortari, prudentem aliquem più inque virum è multis eligeret, cuius potissimum filio in studio pietatis uteretur. 3. *Est circa difficultatem debitam afferendam,* maximè à conjugatis, quae bene notandum est consilium S. Francisci Salesii verbis declaratum: Si satis prudens sis, tibi nec Maritus, nec uxor, nec Maritus, nec Pater impedimenta erunt, quod minus s[ecundu]m Sacra Communione obeas; cum enim ipsa Communionis die, officiis partes pro statu tuo convenienter expleas, & ergo lo stura benignior, tum affabilior sis, nullumque ge-

obsequij illis deneges, verisimile certè non est, illos hoc in exercitio ulla tenus te impedire velle, cùm nullum ipsi ex hoc securum sit incommodum, nisi forsan admodum impertinentes, morosi, & rationi dissentanei forent. Hoc in casu si director tuus ita faciendum suaserit, illorum voluntati forsan condescendum erit. Pro Conjugatis híc aliquid addam oportet. In veteri lege vetuerat DEUS, nec credores diebus festis debitum à Debitoribus suis exposcerent; at non damnabat, si debitores ijs diebus ea, quæ debebant, exigentibus solverent. Indecens est, quamquam non niagnum peccatum, matrimoniale debitum eâ die exigere, quâ sacram quis adjt communionem; at indecens non est, imò meritorium, ipsum reddere. Non ergo ob debiti ipsius redditionem communione quis privandus est, si alio qui devotio ad ipsam adeundam feratur. Certè in primitiva Ecclesia Christiani quotidie communicabant, esto essent conjugati, & prolibus operam darent.

### §. V.

#### *De Baptismo.*

I. Est Sacramentum & remedium, quo Homines à peccato originali & actuali liberantur, & felicitatis æternæ hæredes afficiuntur; de quo tria præcipue scienda sunt Ascetæ.

II. Primum est, ut sciat differentiam inter hunc, & S. Joannis Baptiste Baptismum. Quæ idem septuplex fuit. 1. In formâ. 2. in necessitate; quia baptismus Joannis non erat necessarius ad salutem, sicut baptismus Christi. 3. In efficacia: quia baptismus Joannis non remittebat peccata, nec conferebat gratiam, nec per se disponebat ad illam, ut baptismus Christi. 4. In

R. 2

exten-